

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum  
Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac  
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, Anno M.DC.XII.**

Med. 43. De eodem, qua signum & pignus est gloriæ, quam speramus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](#)

DE VENERAB. SACRAMENT. 515

dignè accipiatur, non generat fastidium, quia  
potius e qui edunt adhuc esuriunt; & qui bi- e Eccli. 24.  
bunt adhuc sitient, quia continet in se f omnem 29.  
saporem suavitatis. non terrenæ, vt g manna f sap. 16. 20.  
quod naufragium attulit filijs Israël; sed cœlestis, g Numer.  
qua recreat Angelos Cœli. O Dilecte animæ 21. 5.  
meæ, qui tot vijs & modis me prouocas ad  
fruendum supremo isto conuiuio; ne patiaris,  
vt inordinato amore bonorum terrenorum  
me excusem, nec ad illud accedam h sine veste h Luca. 14.  
nuptiali, qua est charitas; exue cor meum ab 18.  
omni amore terreno, & inde Diuino, vt a-  
manter assistam conuiuio amoris; & per illud  
eiusdem amoris perfectionem obtineam, per-  
fecta tecum charitate coniunctus. Amen.

MEDITATIO XLIII.

DE S A N C T I S S I M O S A-  
cramento, quæ pignus est & signum  
gloriæ, quam spe-  
ramus.

**V**P I E N S Deus Dominus noster  
dare nobis aliquod signum & pi-  
gnus gloriæ, quam nobis promisit,  
ad nostram consolationem, & si-  
ducia nostræ securitatem, insti-  
tuit hoc Sanctissimum Sacramentum, in quo  
omnia concurrunt, quæ ad eum finem possint  
desiderari, vt in subiectis punctis patebit.

P V N C T V M I.

C O N S I D E R A N D V M primò, quod hoc

VI. Part. Medit. Kk Sanctis.

Sanctissimum Sacramentum, signum sit & pignus gloriae nobis promissæ; quia in se includit rem pretiosissimam & dilectionem, quam Deus habet; cuius valor est infinitus, & valet tantum, quantum ipsam et gloria, quam nobis promisit: sicut inter homines, ut solutio debiti sit securior, certumque sit, quod qui aliquid promisit, illud implebit, aliquod signum & pignus tradit pretiosum, aut rem magno pretij & quam valde amat qui promisit, sitque maioris aut æqualis valor s' cum re, quæ postea est reddenda. Hoc potest expendi, discurrendo per tres diuinæ personas, quæ hoc pignus tradunt; & per ipsummet pignus.

## I.

a 1. Mach.  
13.16.

b Rom. 8.32

PRIMUM non potuit PATER AETERNUS dare nobis pignus pretiosius, & quod plus amaret, quam ipsum filium suum, quicquid est bonus atque ipse. quomodo Reges & Principes, ut pacem & inducias reddant secuiores, aut ingens aliquod debitum; solent proprium a filium natu maiorem obsecdem dare. Et quandoquidem in hoc sacramento, dat nobis filium suum unigenitum Iesum Christum, obsecdem gloriam; dedit ergo nobis sumnum quod potuit, non solum ut pignus eius, sed etiam reliquorū omnium, quæ nobis promisit, adeo secures nos reddens, quod est ex parte sua, atque si iam illa nobis dedit, iuxta illud Apostoli b qui etiam proprio suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit! quasi diceret; qui filium suum dedit

mihi.



mihi redemptorem, & in cibum dat; nunaquid non dabit suam gratiam & gloriam, & reliqua omnia, quæ mihi promisit! Adeò sum certus, quod mihi illa sit daturus, quod est ex parte sua, atque si iam illa dedisset. Quia in hoc dono includuntur reliqua, quæ mihi est daturus. Gratias tibi ô Pater amantissime pro rati pignore, quod mihi præbes salvationis & perfectionis meæ, oro supplex, Deus meus, ne, quod est adeo certum ex parte tua, deficiat ex mea; sed iuuia me, ut fructum capiam ex pignore mihi oblato, ad consequendam rem plam mihi promissam.

DEINDE ipse met FILIUS DEI Saluator noster, non potuit nobis dare maius pignus, quam seipsum in hoc sacramento occultatum, in quo continentur omnes tituli & nationes, quas adferre possumus pro nostra salute; sicut qui promittit grande aliquod ius primogenituræ, & pro pignore dat priuilegium, seu instrumentum, in quo illud fundatur.

Nam Dominus, qui h̄c est, *c est frater no-*  
c Hebr 2.11.  
*ster, d primogenitus, & vnicus æterni Patris, &*  
d Colos.1.15.  
*hæres Cæli: qui factus est homo, vt ait Apo-*  
d Rom. 8.  
*stolus, ad eos saluandos, qui erant ad glo-*  
29.  
*riam prædestinati; per quem consecutur,*  
*sunt finem suæ prædestinationis; & qui san-*  
*guinis sui pretio comparauit nobis Cæ-*  
*lum, reserans eius portas, vt eo ingredi-*  
*possimus, per media, quæ ad id nobis*  
*offert.*

## II.

Si itaque hoc totum est hic inclusum, quod maius pignus dare potuit, ad securitatem obtinendi cælum, quod nobis comparavit & promisit?

## III.

*e Eph. 1.14.**fz. Corint. 1.*

22.

DENIQUBE Pater & Filius, non possunt nobis dare maius inuisibile pignus gloriæ, quam ipsum SPIRITVM SANCTVM; de quo Apostolus dicit, quod sit pignus hereditatis nostræ cælestis. quod fupignus, ut idem Apostolus ait, dedit in cordibus nostris, ad securitatem promissorum eius. ad hoc enim venit in hunc mundum, & etiamnum manet in hoc Sanctissimo Sacramento. Quare in eo habemus duplex pignus gloriæ maximum, quod esse potest; alterum visibile, ipsum videlicet Sanctissimum Sacramentum, in quo est ipse Christus Dominus, verus Deus & homo; alterum inuisibile, ipse videlicet Spiritus Sanctus, qui per idem Sacramentum nobis datur. ô Trinitas beatissima, innumeræ ago gratias, ob talia pignora supremorum tuorum promissorum nobis relicta. Satis ostendimus Domine, te fidelem esse solutorem, cui graue non est tanta & tanti momenti pignora ad nos assecurandos tradere. Exulta anima mea, cum talia habes pignora: gaude ea spe, quæ illis innititur; stude eum glorificare, ei- que seruire, qui tradit ea, quæ ad pro- missam gloriam possiden- dam peruenias.

Amen.

P VN



## PVNCTVM. II.

**D**E INDI considerandum, quod hoc Sanctissimum Sacramentum, ita sit pignus promissæ nobis gloriæ, ut sit etiam medium efficacissimum & potentissimum ad eam assequendam: ex quo prouenit etiam, ut sit pignus certissimum; quia nullum esse potest certius ad finem aliquem consequendum, quam quod idem sit medium efficacissimum, quo ille obtineatur.

I.

Quod ad gloriam re ipsa consequendam est necessarium, est yemà præteriorum peccatorum; præseruatio à futuris, & alimentum acceptæ gratiæ, cum perseveratia in ea usque ad mortem. In his omnibus eminet hoc Sanctissimum Sacramentum, ob Christi Domini nostri in eo præsentiam, nam et si Baptismi & pœnitentiæ Sacra menta remittant peccata; hoc tamen remissionem illam plurimum confirmat; quia ipse met Rex, qui peccata dimittit, admittit nos ad suam mensam, in signum certum, quod ea nobis remiserit. Præseruat nos etiam à culpis, quia propensiones carnis refrénat contra Dæmonis tentationes, animum corroborat, & nos præuenit aduersus omnia huius mundi pericula. Atque denique nutrit q̄ vitam gratiæ, sicut cibus vitam corporis; idque facit adeò efficaciter, ut etiam ipsum gratiæ augmentum, quod dedit, possit usque ad vitam æternam conseruare. Hoc totum innititur promissiōni Christi Domini

Kk 3

noſtri

## 520 V. PART. MEDIT. XLIII.

a Ioan. 6,  
50.

voitri dicentis; a Hic est panis de celo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de Celio descendii. Si quis manducauerit ex hoc pane, vivet in aeternum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam: & ego resuscito eum in nouissimo die. Quibus verbis securos nos reddit, quod hic Divinus panis (sicut etiam supra insinuauimus) virtute sua cælesti liberet nos ab omnibus, quæ vita æternæ aduersantur; quia liberat nos à morte.

b Apocal. 2,  
11.

te prima, quæ est culpa, & à b morte Secunda animæ, quæ est damnatio, & suo etiam tempore liberabit à morte corporis in resurrectione. Concedit verò nobis præterea quidquid est vita aeterna, quia nobis dat vitam gratiæ, quam ad finem usque conseruat; accedemus dabit etiam vitam gloriæ, qua fructus anima; & in fine mundi dabit etiam vitam glorificatam, qua fructus corpus.

c Apocal.  
22.2.

Hoc r v m omnium pignus habemus in hoc sanctissimo Sacramento, quia adeo omnia habet virtutem, atque robur comedenti eâ frequentia & reuerentia, quâ oportet. O c lignum vitae, positum in medio Paradyssi Dei, in signum, & pignus immortalitatis, & vitae æternæ; da mihi ut comedam tuum dulcem fructum, qui animam meam ab omni mortis genere præseruet, largiatur verò omnne genus vitae. O anima mea, si vitam aeternam desideras: cum Spiritu comedere hunc cibum, qui pignus est & causa eius. O corpus

meum,

meum, si ad beatam vitam cupis resurgere, manduca pretiosissimum hoc corpus, quod est certum pignus tuæ resurrectionis & vitæ gloriose, quæ tibi est promissa.

VERVM vterius adhuc pergit excellentia huius pignoris, quia præsentia sua efficit aliquid in nobis, quod est pars æternæ vitæ, & tanquam radix & fons eius, cum qua sit æternum permansura; estque impossibile vitam eternam ei denegari, qui illud habuerit, est autem ipsa unitio cum Christo Domino nostro, media eius gratia, & charitate Spiritus Sancti, quæ d<sup>r</sup>fons est aquæ viuæ salientis in vitam aeternam. Et (ut aduertit S. Thomas) non solum est pignus nostræ hereditatis, sed etiam arrha, nam pignus solum datur, donec ipsa solutio fiat, & tunc redditur soluenti: at arrhæ dantur in perpetuum: ita Sacramentum altaris, & donum fidei ac Spei, non sunt nisi pignus gloriæ, quod durat tempore huius vietæ cantum; at unitio cum Christo, quæ fit in ipso Sacramento, & unitio cum Spiritu Sancto, quæ fit per charitatem, est arrha gloriæ, quæ durabit per totam æternitatem, nisi nos ipsi desimus; quia e charitas nunquam excidit; & f Spiritus Sanctus manet nobis in æternum. O dulcisime animarum iustarum Sponse, qui loco arrhæ tradis te ipsum, eas tibi coniungens unitione charitatis; quamuis anima mea digna non sit suprema ista excellentia, ne tamen, quæso illam ab ea excludas, propter infinitam tuam misericordiam.

## II.

d Ioan. 4.

14.

Lectio 5. il  
lud Ephes.1.14. arrha  
hereditatus  
nostra.

e 1. Corint. 3.

8.

f Ioan. 14.

16.

## PVNCTVM. III.

**T**ERTIO considerandum, hoc Sacramentum esse pignus gloriae, quatenus est quoddam excellentissimum conuiuum, in quo idem nobis Deus proponit hic comedendum & bibendum, quod offert in ipsa gloria, conditum tamen & accommodatum statui nostro, qui status est viatorum; occultatum videlicet & specierum velo coopertum.

I.

*a Luc. 22, 30**b Luc. 12, 37*

CIRCA quod perpendam, quod Christus Dominus noster ( iuxta id quod promisit suis Apostolis ) habet in cœlo omnes beatos ad suam a mensam sedentes; ut in ea edant & bibant in solemnissimo conuicio, in quo cibus qui proponitur, est propria ipsius diuinitas & humanitas, quam vident clare; & sic omnia sua desideria explet, & inebriantur vino amoris beatifici, bibentes ex illo torrente amplissimo deliciarum cœlestium, in quo conuiuo ipsemet Christus ( teste S. Luca ) b præcinctus se, & faciens illos discubere, ministrat illis, quia ipsemet dat illis hoc præmium iustitiae; præcinctus se tamen, eo quod sit adeo infinitus, ut nemo possit apprehendere aut vide re nisi præcinctum, & commensuratum meritis ipsorum. Hinc descendam ad perpendendum, quod Deus hic infinitus qui facit hoc conuiuium in cœlo, memor filiorum, quos habet adhuc in terra; strictius adhuc se præcinctus, ut illos invitet, constituens se totum. Diuinitatem scilicet & humanitatem sub his panis & vini

acci-

accidentibus, adeo exiguis & angustis, ut oculis tantum fidei præsentem illum videamus; & intra nos ipsos recipientes; impletat ille nostra desideria, sicut hic expleri possunt; & nos inebriet vino sui amoris, dans delibandum suavitatem deliciarum suarum. quod totum tanquam pignus nobis præbet, cum spe eius, quod postea est nobis in plena possessione daturus. Quamobrem immensas illi gratias agam, desiderans ex intimo corde meipsum præcincere, mortificare, & stringere, willi aptius seruiam. siquidem ipse adeo se præcincit, ut mihi indulgeat. O dilecte mi, situ existens in latissimo Cælo, descendis in terram, ut te constringens, mihi magis indulges; quid magnum est, si ego à terra ascensus in Cælum, costringam me obsequij tui causa! Auge Domine mihi fidem, ut ita conuiuio delecter, quod mihi exhibes in hac vita, ut perueniam ad fruendum illo, quod mihi promittis in futura. Amen.

Hoc Spiritu meipsum excitabo ad vitam quandam Cælestem instituendam, ut efficiar dignus hoc conuiuio, in quo idem omnino mihi proponitur, quod exhibetur in Cælo. Propterea enim Christus Dominus noster in prectione Dominica, priùs iussit petere: ciat voluntas tua, sicut in Cælo & in terra, ut mox peteremus panem hunc nostrum substantialem dari nobis hodie; hac ratione nos instruers, quod qui dignè sit hunc panem comesturus, debeat ad illam puritatem

## II.

c Matt.6.9.

aspirare, quæ est in Cœlo, implens videlicet  
hic Dei voluntatem, sicut impletur in Cœlo.

## III.

d 3. Regum.  
19.8.

c Prover. 23.  
2.

D E N I Q V B ex his colligam, quod hoc Sacra-  
mentum, cum sit pignus gloriae, & ini-  
tium conuiuij, quod exhibetur in Cœlo, sit  
verè viaticum ad transeundum ex hac vita in  
alteram; quod suscipiendum est in eo peri-  
culo si de magna, atque fiducia. nam ut Elias d.  
in fortitudine cibi illius, quem Angelus illi de-  
derat, ambuletuit quadraginta diebus & qua-  
draginta noctibus usq; ad montem Dei Horeb:  
ita ego in virtute & fortitudine Divini huius  
panis, hoc iter securus perficiam, usque ad  
montem gloriae. Quo vero in illo transitu pa-  
nem hunc fructuose accipiam, expediret si-  
fuerere, ut quotiescumque ad communio-  
nem accedo, eò Spiritu me disponam, atque si  
pro viatico fumerem: cogitans forte illam  
communionem fore ultimam vitæ meæ; se-  
quens etiam in hoc Sapientis consiliū dicen-  
tis: e quando sederis ut comedas cum Principe,  
in hac scilicet mensa, statutus cultrum in guttu-  
re tuo; quasi diceret; ita comede hunc panem,  
atque si iam haberes cultrum ad guttatum,  
& in proximo essem, ut expirares. Et propter  
hanc causam, Christus Dominus noster, insi-  
cuit hoc Sacramentum nocte ante suam passio-  
nem; ut etiam significaret, (quod suo loco  
obseruauimus) hunc cibum corroborare 2-  
nimam ad patiendum & moriendum, & ad  
transitum ex hac vita ad futuram.

O Redemptor dulcissime, qui in tuo ex-  
hoc

hoc mundo discessu, Apostolis tuis dixisti : f  
terum veniam ad vos, & accipiam vos ad me  
ipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis. Veni quæso  
ad visitandum animam meam per gratiam &  
presentiam venerabilis huius Sacramenti;  
cuius virtute deduc me ad locum, ubi tu es,  
ut ibi videam quod modò credo ; & posside-  
am quod spero, fruens Diuina tua præsen-  
tia. Amen.

MEDITATIO XLIV.

APPLICANTVR QVI N-  
que animæ sensus ad Sanctissi-  
mum Sacramen-  
tum.

**W**ordus *Mc Orandi per applicatio-*  
*nem sensuum, (de quo in secun-*  
*da Parte egimus) est utilissimus*  
*circum Sanctissimum Sacramen-*  
*tum: remotis videlicet quinq; cor-*  
*poris sensibus; & excitatis ijs quos habet anima.*  
*Aliquid ad hanc rem tetigit S. Bonaventura in*  
*suo tractatu de septem itineribus aeternitatis, si-*  
*ut diximus in §. 11. Introductionis huius operis;*  
*sed tamen hic alium quendam modum ponemus*  
*omnibus facilitorem.*

Medit. 26.

Itine. 6.

Distinct. 6.

PVNCTVM I.

PRIMVM erit interno animæ aspe-  
ctu fidei